



dñs seruans. ceteros angelos uel demonas  
 dicit. Hermes quoq. trimegistus. unum  
 dñm loquitur. & cum incomprehensibi  
 lem atq. inestimabilem confitetur.  
 Si ergo isti uenissent ad percipiendum  
 xp̄ianam salutem. si non es utiq. dice  
 tur. hoc malum habetis. uel falsum  
 habetis. Sed plane merito diceatur.  
 hoc uobis quamuis integrum & uerū.  
 nihil tamen prodesset. nisi ad xp̄i gra  
 tiam uenissetis. Si ergo in ipsis ethnicis  
 potest aliquid diuinum inueniri. nec  
 teq. approbari. quamuis eis salus adhuc  
 xp̄o praestanda sit. si non oportet nos.  
 tam moueri. etiam si paucos sint hereti  
 ci. ut quod in eis malum ipsorum est  
 uelimus corrigere. & quod in eis bo  
 num est xp̄i. uolumus agnoscere.  
 Sed iam ceteras huius concilii senten  
 tias pertractandas. ab alio suscipie  
 mus exordio.

EXPLICIT LIBER. VI.

INCEPIBER  
SEPTIMVS

83

**N**ON SINCERUS MOLESTI  
 Legentibus. si eadem uarie ac saepe  
 differimus. Quamquam enim ecclesia  
 sc̄a catholica in omnib. gentibus aduer  
 sus ea quaemista questione de bap  
 tismo. utrum & apud hereticos uel schis  
 maticos. Idem possit esse qui est in catho  
 lica nonnullam caliginem offundunt.  
 priscae consuetudinis & concilii plena  
 riu auctoritate confirmata sit. tamen  
 quia non contempnendis uiris. & maxi  
 me cypriano in ipsa unitate aliquando  
 aliter uisum est. eius uti aduersum  
 nos auctoritate conuincitur. qui longe  
 ab eius caritate remotus sunt. Propterea  
 cogimur ex oportunitate tractandi  
 & considerandi omnia quaem in eius con  
 cilio de hac re. litterisq. comperimus.  
 Hanc eandem questionem aliquanto  
 diutius tamquam in manib. uersare  
 & ostendere. quam uerius uniuersi  
 tati ecclesiae catholicae placuerit.  
 ut heretici uel schismatici. qui iam  
 xp̄i baptismum illic unde ueniunt  
 acceperunt in catholicam commu  
 nionem cum illo admittantur. ab